514* Asculi ad d. Hilarii e regione cryptae, in qua S. Emydii corpus primo sepultum extabat.

imagines duorum consulum manibus iunctis

p. uentidius l. tarius

Andreantonellius p. 183 (inde Mur. 1762, 15 ab Henriquez; Colucci 14, 212): 'extabat me puero, nunc vero fracto lapide vix nomina legi possunt'. Haec igitur ex memoria recitavit fabellisve. Spectat autem tam ad notum consulem Asculanum P. Ventidium Bassum quam ad L. Tarium Rufum consulem suffectum a. u. c. 738 et ipsum Picentem (Plinius h. n. 18, 6, 37).

515* inter Asculanas.

l. t. rufo u. *f*rugi consulari | ciui optimo colonia | aesculanorum | p. p | aug. imp. flam. l. d. d. d

Repperi inter schedas Ursatianas Patavii adservatas loco non adscripto, sed inter Asculana alia excerpta ex Manutio, Andreantonellio, Casella. Videtur Ursatus hanc accepisse ab ipso illo auctore, qui posterioribus annis eas finxit quae sequuntur.

1 ERVGI traditur.

516* Asculi in hortis prope ecclesiam sanctae Mariae Gratiarum APP. (cod. Colucc.) et LAZZ. In hortis Icona collocat MARCVCCIVS (1766) p. CLIV.

d. m | q. curtius l. f. rufus | pater infelix | tariolae filiae piis | f | uix. ann. xi d. x

Appianius in vita S. Emidii (p. 94 ed. 1832): *un intero volume*, inquit, *da noi composto latinamente di segnalati scrittori* [Asculanos origine intellegit], *fra' quali un T. Betuzio Barro* [cf. Cicero Brut. 46, 169] . . . *un L. Pituanio Picono* [v. n. 5229] *connumerato da Cornelio Tacito* [ann. 2, 32] *fra' matematici, un C.*[sic] *Curzio Rufo* [in nota addit 'in monum. Ascul. et lapid. inscr.'], *un Lucio Floro, un Sesto o Festo Rufo . . . come nel detto libro dimostrerassi, lascerà ad altri l'arbitrio di giudicare, se gli Ascolani sian perspicaci.* Librum, ad quem remittit Appianius, opinor esse eum, quem repperi Firmi inter ms. a Coluccio collecta, continentem vitas virorum illustrium Asculanorum cum appendice *lapidarie iscrizioni di Ascoli;* quae sunt hae ipsae in quibus versamur, scilicet n. 516*—522*. Appianius igitur merito huius fraudis auctor habebitur. — Titulum hunc primus edidit Tullius Lazzari *Ascoli in prospettiva* (1724) p. 111 citato Appiano, inde probans Q. Curtium Rufum Asculanum fuisse filiumque L. Tarii Rufi cos. Romani. Eius statuam repertam esse addit una cum P. Ventidii, quod pertinet ad titulum n. 514*. Idem Lazzari misit Olivierio a. 1734. Per Henriquez et Ponticellium habuit Mur. 1157, 9. Colucci repetivit 14, 153.

517* Romae rep. a. 1707, cum instaurata est ecclesia SS. Apostolorum. Nihilominus hoc loco exhibui, cum fraus sit Asculana.

honori | *et memoriae aeternae* | q. cur*ti* rufi | bellorum alexandri magni et | l. ann*aei* flori | epito*mes* rerum romanarum | scriptor*um* | galeria fundania | ab asculo oriunda | uidua auli uitellii | aug. germanici | cuius aere et suasu florianum | opus coeptum et post galeriae mortem | ad perfectionem fuit perductum istius | iussu nobile hoc monumentum pro | amborum conciuium *perenni laude* | *et gloria positum dedicatumque est*

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde opinor sumplam miserunt Tullius Lazzari a. 1734 Olivierio (Calogerà *nuova racc.* 6 p. XIII), Asculanus quidam Muratorio 1803, 6 (inde Colucci 14, 162).
Exhibui exemplum Muratorianum cum supplementis ab ipso auctore adiectis.

518* locus non indicatur.

d. m. et somno aeternali sacrum | memoriaeque perpetuae | domitillae l. annaei flori escul | coniugis dulcissimae et q. curtii | rufi iunioris filiae

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde opinor Tullius Lazzari misit a. 1734 Olivierio (ms. et Calogerà *nuova racc.* 6 p. XIV) sumptam, ut ait, 'ex ms. P. Coronelli et D. Paradisi'; accepit item Mur. 1803, 4 (inde Colucci ant. Pic. 14 p. 163).

519* Asculi *nel campo di Perignan* APP. (ms.); in agro Baviniano LAZZ.; extra moenia HENR.

...... io hadriano aug. quinq. hadr | patr. municipi ascul | l. iul. l. f. flor. i. dec. a. siric. p. f | parin. ii aedil. stat. .... ester ....

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde omnino sumptam miserunt Henriquez d. 21 Aug. 1732 et Ponticellius Muratorio, qui ed. male 1101, 6, Tullius Lazzari Olivierio. Colucci 14, 128 affert v. 1. 2 ex Panellii *memorie degli uomini illustri e chiari in medicina* libro edito a. 1757.
2 PATER Lazz. — MVNIC Pont. — 3 A om. Pont. — 4 PARINIII Lazz. — 5 ESTR Pont. Lazz.

520* Asculi in moenibus urbis prope portam S. Spiritus CORONELLI.

sab(*ino*) procul(*o*) n(*eratio*) prisc(*o*) | l(*icinio*) rufin(*o*) ael(*iis*) mutiis | manil(*io*) iuris praestantiss(*imis*) | escul(*anis*) | l(*ocus*) d(*atus*) d(*ecurionum*) d(*ecreto*) | d(*is*) m(*anibus*)

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde opinor Coronelli *Biblioteca universale* vol. 4 (Venetiis 1703) p. 1084 et Tullius Lazzari, qui misit Olivierio a. 1734 et Mur. 1810, 5 auctorem tacens, et Colucci 14, 160.

521* rep. prope Tibur, est Romae in domo Massimi CORONELLI. Hoc loco retinui utpote gemellam praecedentis. — Asculi MVR.

sab(*ino*) proc(*ulo*) n(*eratio*) prisc(*o*) lic(*inio*) ruf(*ino*) | sest(*o*) ael(*io*) pub(*lio*) ael(*io*) claud(*io*) | manil(*io*) q(*uinto*) mut(*io*) p(*ublii*) f(*ilio*) sabin(*o*) | iur(*is*), peritiss(*imis*) | bassus conciu(*is*) ob patr(*iae*) dilect(*issimae*) | mem(*oriam*)

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde opinor Coronelli *Biblioteca universale* vol. 4 (Venetiis 1703) p. 1084 et Lazzari apud Olivierium a. 1734 et Mur. 741, 4 ex schedis suis et Colucci 14, 161.

522* Asculi rep. extra portam *Solestà* in fundamentis murorum hortorum PP. Cappuccinorum COR.

d(*iis*) m(*anibus*) | s(*exto*) ael(*io*) p(*ublio*) ael(*io*) f(*ratribus*) coss(*ulibus*) | q(*uinto*) mut(*io*) p(*ublii*) f(*ilio*) pont(*ifici*) max(*imo*) | m(*asurio*) sabin(*o*) | ciuibus scientiss(*imis*) | l(*ocus*) d(*atus*) d(*ecreto*) d(*ecurionum*)

Appianius ms. (vide ad n. 516*). Inde opinor Coronelli *Biblioteca universale* vol. 4 (Venetiis 1703) p. 1084 et Lazzari apud Olivierium a. 1734 et Mur. 1803, 6 auctorem tacens et Colucci 14, 161.

523* in castro Ruffiniani agri Asculani.

deae telluri | uict. parta | p. sempr. p. f. sophus | cos. d. d. d

Tullius Lazzari misit Olivierio a. 1734; accepit item Mur. 281 ab Asculano quodam.

524* Asculi.

adrianus caes. aug. parthic | ampliato imper. romano | superstitione christi | asculi et alibi fere sublata | deorum cultu propagato | . . . . . .

Mur. 1797, 3 auctorem non indicans.

525* Asculi.

antoninus pius aug | romano imperio propagato | christianorum cultu | qui rem pub. subuertebant | prorsus deleto | . . . asculi . . . | . . . . .

Mur. 1797, 4 auctorem non indicans.

526* Asculi extra portam Romanam *nella piana di S. Panfilo.*

ian(*o*) pat(*ri*) anca(*riae*) mun(*icipi*) sol(*i*) deor(*um*) un(*iversitati*)

Colucci ant. Pic. 14, 260 ex chronicis ms. Nicolai Marcucci, Petri Angeli Dirio, Quinto.
Cf. n. 512*.

527* parva lamina aenea rep. prope castrum Acquavivae, deinde Cingoli apud Raffaellium.

ab una parte:
secunda
l. f. uilles
medica

ab altera:
t. cla
d

Raffaelli ms.
Sine dubio falsa, ut alia aerea utrimque scripta in domo illa aliquando servata.

528* *capitello d'ordine Ionico largo un palmo e mezzo effigiato, con una conchiglia entro la quale sta rilevata una testa umana rotta dalle gote in sotto coll' iscrizione nel listello* COL. In vico Comunanza prope Asculum in loco q. d. *Fosse di Iotto* in aedibus Traccialini una cum n. 5202.

diuus dyonysi falerensis

Colucci 21 (1794) p. 9.
Medii aevi potius corrupta quam conficta.

528*a Asculi in domo Iosephi Sgarigliae apud plateolam.

bubulum caput
lapidi
insculptum cum
litteris

AE V OM

Andreantonelli p. 38.
Recens opinor.

529* nuper rep. in diocesi Asculana.

se*xtus* public*ius* ate*rnina* | qua*e*sti*o*n*arii* scri*ba* *in* a*c*tione | uo*tum* isi*di* et *bono* eu*e*n*tui* | gr*ati* an*imi* *Causa* *s*O*luit* | *comodo u et* gl*abr*ione *ii coss*

His nugis irrisoriis decipi se passus est bonus Coluccius ant. Pic. 17 (1792) p. 181. Auctor lusus eius deinde Colucciana repetivit iisque praefatus est in commentariolo *lettera sopra un' iscrizione di fresco trovata nella diocesi di Ascoli inserita dall' eruditissimo Sig. Abbate Giuseppe Colucci nel t. XVII delle A. P. ed ora ad istruzione della repubblica letteraria riprodotta da un maestro di rettorica.* Anconae 1793 pp. XVIII. Repondit ut potuit Coluccius *manifesto dell' abate Giuseppe Colucci per un apocrifo frammento d'iscrizione formato artificiosamente dal Sig. Don Giambattista Tondini di Brisighella* (4. pp. 7) et in Ant. Pic. 19, 227.

530* ex titulis alienis ad Asculum male relatis selegi hos:

1. *balineum vi ignis conbustum* (vol. V n. 8807), non Asculanus est, sed Asulanus.
2. *C. Sallio Aristaeneto* ab Asculanis dedicatus titulus urbanus (vol. VI n. 1511) a Ligorio (Taur. 3) collocatur Asculi.
3. *P. Fundanio P. f. Pap. Prisco* dedicatum titulum, quem Andreantonellius p. 51. 58. 88 eumque secuti posteriores notum sibi ex Manutio et Grutero Asculanis suis adiudicaverunt, vere Ausculanum esse supra n. 668 vidimus. Id ipsum aliis Asculanis accidit.
4. *C. Vellaeus C. lib. Ursio* vere est Canusinus, ut vidimus supra n. 351.

531* alieni Asculanis sese immiscuerunt hi.

1. *Leae* titulus in ecclesia S. Angeli Custodis adservatus venit cum lipsanis ex urbe Orsini Asc. p. 191.
2. *d. m. M. Cornelio Prisco* cet.
3. *dis manibus Syse..ae* cet.
4. *... auci ... ui ...*

(2–4: tituli musei Asculani urbanam originem prae se ferunt.)

5. Cave item a titulo *Alfidia D. l. Nebris* origine urbano, cuius ectypum gypsaceum extat in museo Asculano.